



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum omnis veritas sit a ueritate prima.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

res quedam, & sic eodem modo dicitur de eis veritas sicut de alijs rebus, vt sicut res dicitur vera, quia implet hoc quod accepit in mente diuina retinendo naturam suam, ita enunciatio vera dicatur retinendo naturam suam quæ est ei dispensata in mente diuina, nec potest ab ea remoueri enunciationes ipsa manente. Alio modo secundum quod comparantur ad res intellectas, & sic dicitur enunciatio vera quando adæquatur rei, & talis veritas reimmutat, vt dictum est.

AD TERTIVM dicendum, quod veritas quæ remanet destructis rebus veris, est veritas prima; quæ etiam rebus mutatis non mutatur.

AD QVARTVM dicendum, quod manente re non potest fieri circa eam mutatio, quantum ad ea quæ sunt sibi essentialia, sicut enunciatio est essentialis, vt significet illud ad quod significandum est instituta. Vnde non sequitur quod veritas rei nullo modo sit mutabilis: sed quod sit immutabilis quantum ad essentialia rei manente. In quibus autem accidit mutatio rei per corruptionem quantum ad accidentia, mutatio accideret potest etiam manente re, & ita quantum ad accidentia potest fieri mutatio veritatis rei.

AD QVINTVM dicendum, quod facta omni mutatione, manet veritas, sed non eadem, vt ex prædictis patet.

AD SEXTVM dicendum, quod identitas, veritatis non tantum dependet ex identitate rei, sed etiam ex identitate intellectus: sicut & identitas effectus dependet ex identitate agentis & patientis, quantum autem sit eadem res quæ significatur illis tribus propositionibus, non tamen est idem intellectus earum, quia in compositione intellectus adiungitur tempus: vnde secundum variationem temporis sunt diuersi intellectus.

ARTICVLVS VII.

Verum veritas in diuinis personaliter vel essentialiter dicatur.

SEPTIMO queritur, vtrum veritas in diuinis dicatur essentialiter vel personaliter. Et vtrum dicatur personaliter. Quicquid enim in diuinis importat relationem principij, personaliter dicitur: sed veritas est huiusmodi, vt patet per August. in lib. de Vera religione, vbi dicit quod veritas diuina est summa similitudo principij, sine ulla dissimilitudine, vnde falsitas oritur. ergo veritas in diuinis personaliter dicitur.

¶ 2. Præter. Sicut nihil est sibi simile, ita nihil est sibi æquale: sed similitudo in diuinis importat distinctionem personarum secundum Hilari. ex hoc quod nihil est sibi simile, ergo eadem ratione & æqualitas: sed veritas est æqualitas quedam, ergo importat personalem distinctionem in diuinis.

¶ 3. Præter. Omne quod in diuinis importat emanationem, personaliter dicitur: sed veritas importat quædam emanationem, quia significat conceptionem intellectus & verbum, ergo sicut verbum personaliter dicitur, ita & veritas.

SED CONTRA. Trium personarum est una veritas, ut dicit August. in lib. 8. de Trinitate, ergo est essentialis & non personale.

RESPON. Dicendum, quod veritas in diuinis dupliciter accipi potest: uno modo proprie, alio modo quasi metaphorice. Si proprie accipitur veritas, tunc importabit æqualitatem diuini intellectus & rei. Et quia intellectus diuinus primo intelligit rem quæ est essentia sua per quæ omnia alia intelligit, ideo & veritas in Deo principaliter importat æqualitatem intellectus diuini & rei, quæ est essentia eius & consequenter intellectus diuini ad res creatas. Intellectus autem

diuinus & essentia sua non adæquantur sicut mensurans & mensuratum, cum vnum non sit principium alterius, sed sint omnino idem: vnde veritas ex tali æqualitate resultans nullam principij rationem importat, siue accipiat ex parte essentia, siue ex parte intellectus: quæ vna & eadem ibi est: sicut enim ibi est idem intelligens & res intellecta, ita est ibi idem veritas rei & intellectus sine aliqua connotatione principij: sed si accipiat veritas intellectus diuini secundum quod adæquatur rebus creatis, sic adhuc remanebit eadē veritas, sicut per idem intelligit Deus se & alia, sed tamē addetur in intellectu veritatis ratio principij ad creaturas, ad quas intellectus diuinus comparatur, vt mensura & causa. Omne autem nomen quod in diuinis rationē principij, vel quod est a principio, non importat, vel etiam importat rationem principij ad creaturas, essentialiter dicitur. Vnde in diuinis si veritas proprie accipiat, essentialiter dicitur, tamen appropriatur personæ filij, sicut ars & cetera quæ ad intellectum pertinent. Metaphorice autem vel similitudinariè accipitur veritas in diuinis, quādo accipimus eam ibi secundum rationem illam qua inuenitur in rebus creatis, in quibus dicitur veritas, secundum quod res creata imitatur suum principium, scilicet intellectum diuinum, vnde & similiter hoc modo dicitur veritas in diuinis summa imitatio principij, quæ filio conuenit, & secundum hanc acceptionem veritatis, veritas proprie dicitur de filio, & personaliter dicitur, & sic loquitur Aug. in lib. de Vera religione.

Et sic patet responsio ad primum. AD SECVNDVM dicendum, quod æqualitas in diuinis quādoque importat rationem, quæ designat distinctionem personalem, sicut cum dicimus quod pater & filius sunt æquales, & secundū hoc in nomine æqualitatis realis distinctio intelligitur: quādoque autē in nomine æqualitatis non intelligitur realis distinctio, sed rationis tantum, sicut cum dicimus sapientiam & bonitatem diuinam esse æquales. Vnde non oportet quod distinctionem personalem importet, & talis est distinctio importata per nomen veritatis, cum sit æqualitas intellectus & essentia.

AD TERTIVM dicendum, quod quāuis veritas sit concepta per intellectum, nomine tamen veritatis non exprimitur ratio conceptionis, sicut nomine verbi: vnde non est simile.

AD QVARTVM dicendum, quod quāuis veritas sit concepta per intellectum, nomine tamen veritatis non exprimitur ratio conceptionis, sicut nomine verbi: vnde non est simile.

ARTICVLVS VIII. Vtrum omnis veritas sit a prima veritate.

OCCTAVO queritur, vtrum omnis veritas sit a prima. Et vtrum quod non istum n. fornicari est verum: sed tñ non est a veritate prima, ergo nō oīs veritas est a veritate prima. Sed dicebat, quod veritas signi vel intellectus secundum quam hoc dicitur, verum est a Deo, non autem secundum quam refertur ad re.

¶ 2. Sed contra. Præter veritatem primam, nō solū est veritas signi aut intellectus, sed etiam veritas rei: si ergo hoc verum non sit a Deo, secundum quod refertur ad rem, hæc veritas rei non erit a Deo, & sic habetur propositum, quod nō omnis alia veritas sit a Deo.

¶ 3. Præter. Sequitur iste fornicatur, ergo istum fornicari est verum, vt fiat descensus a veritate propositionis ad veritatem dicti, quod exprimit veritatem rei, ergo veritas prædicta consistit in hoc, quod iste actus componitur isti subiecto: sed veritas dicti non esset ex compositione talis actus cum subiecto, nisi intelligatur compositio actus sub deformitate existentis, ergo veritas rei non solum est quantum ad ipsam

Lib. de Veritate c. 14.

Q. 21. in med. 4.

Lib. 2. Soli c. 5. tom. 1.

Ambr. super illum lo um Pauli. to. 3.

Li. 2. Soli c. 5. circa fine illius. to. 1.

Ar. 6. & 2. huius quæst.

Com. 3. to. 3.

ipsam essentiam actus, sed quantum ad deformitatem: sed actus sub deformitate consideratus nullo modo est a Deo: ergo non omnis veritas rei est a Deo.

¶ 4 Præt. Ansel. dicit q res dñ vera fm q est, vt debet esse, & inter modos quibus potest dici, q debet esse res, ponit vnum modum secundum quem dicitur, q res esse debet, quia Deo permittente accidit: sed permissio Dei extendit se etiam ad deformitatem actus. ergo veritas rei ad deformitatem illam pertingit. Sed deformitas illa nullo modo est a Deo. ergo non omnis veritas est a Deo: sed dicebatur, q sicut deformitas vel priuatio qualibet dicitur ens non simpliciter, sed secundum quid. ita & dicitur habere veritatem, non simpliciter sed secundum quid, & talis veritas secundum quid non est a Deo.

¶ 5 Sed contra. Verum addit supra ens ordinem ad intellectum: sed priuatio, vel deformitas, quamuis in se non sit simpliciter ens, tñ simpliciter est apprehensa per intellectum. ergo quamuis non habeat simpliciter entitatem. habet tamē simpliciter veritatem.

¶ 6 Præt. Omne fm quid ad simpliciter reducitur, sicut hoc, æthiopem esse album dentem reducitur ad hoc, q est dentem æthiopis esse album: si ergo aliqua veritas, fm quid, non est a Deo, quod est absurdum.

¶ 7 Præt. Quod non est causa causa, non est causa effectus, sicut Deus non est causa defectus peccati, quia non est causa defectus in lib. arbitrio, ex quo deformitas peccati accidit: sed sicut esse est causa veritatis affirmatiuarum propositionum, ita non est se negatiuarum. cum ergo Deus non sit causa eius quod est non esse, vt dicit Aug. in lib. 83. questionum, relinquatur q Deus non sit causa negatiuarum propositionum: & sic non omnis veritas est a Deo.

¶ 8 Præt. Aug. dicit in lib. Soli. quod verum est quod ita se habet vt videtur: sed malum aliquod ita se habet vt videtur: ergo aliquod malum est verum: sed nullum malum est a Deo. ergo non omne verum est a Deo. Sed dicebatur, quod malum non videtur per speciem mali, sed per speciem boni.

¶ 9 Sed contra. Species boni numquam facit apparere nisi bonum: ergo si malum non videtur nisi per speciem boni, numquam apparet malum nisi bonum, quod est falsum.

¶ 10 Sed contra. In Cor. 12. super illud, Nemo potest dicere Dominus Iesus &c. dicit Ambros. Omne verum a quo cumque dicatur a Spiritu sancto est.

¶ 11 Præt. Omnis bonitas creata est a prima bonitate increata: quæ Deus est. ergo eadem ratione omnis veritas est a prima veritate: quæ Deus est.

¶ 12 Præt. Rō veritatis cōplet in intellectu: sed omnis intellectus est a Deo. ergo omnis veritas est a Deo.

¶ 13 Præt. Ang. in lib. Soli dicit, quod verum est id, quod est: sed omne esse est a Deo. ergo omnis veritas est a Deo.

¶ 14 Præt. Si deum conuertitur cum ente, ita & verum: sed omnis veritas est a prima veritate. ergo & omnis veritas est a prima veritate.

¶ 15 Præt. Si deum conuertitur cum ente, ita & verum: sed omnis veritas est a prima veritate. ergo & omnis veritas est a prima veritate.

¶ 16 Præt. Si deum conuertitur cum ente, ita & verum: sed omnis veritas est a prima veritate. ergo & omnis veritas est a prima veritate.

¶ 17 Præt. Si deum conuertitur cum ente, ita & verum: sed omnis veritas est a prima veritate. ergo & omnis veritas est a prima veritate.

¶ 18 Præt. Si deum conuertitur cum ente, ita & verum: sed omnis veritas est a prima veritate. ergo & omnis veritas est a prima veritate.

¶ 19 Præt. Si deum conuertitur cum ente, ita & verum: sed omnis veritas est a prima veritate. ergo & omnis veritas est a prima veritate.

¶ 20 Præt. Si deum conuertitur cum ente, ita & verum: sed omnis veritas est a prima veritate. ergo & omnis veritas est a prima veritate.

tur arte diuini intellectus: & per eandē nata est forte de se verā apprehensionem in intellectu humano per quam etiam formā vnaqueque res esse habet: vnde veritas rerum existētium includit in sui rationem entitatem earū, & superaddit habitudinē ad æquationis ad intellectum humanum, vel diuinum: sed negationes vel priuationes existentes extra animam non habent aliquam formam, per quam vel imitentur exemplar diuine artis, vel ingerant sui rationem in intellectu humano: sed q̄ adæquetur in intellectu est, ex parte intellectus, qui earū rationes apprehendit. Sic ergo patet q̄ cum dñ lapis verus, & cetera vera, non eodem modo veritas se habet ad vniuersam veritas. n. de lapide dicta claudit in sui ratione entitatem lapidis, & superaddit habitudinē ad intellectum, quæ causatur etiam ex parte ipsius rei, cuius beat aliquid secundum q̄ referri possit: sed veritas dicta de cæcitate non includit in se ipsam priuationem, quæ est cæcitas, sed solummodo habitudinē cæcitate ad intellectum, quæ tñ non habet aliquid ex parte ipsius cæcitate in quo sustentetur, cum cæcitas non adæquetur intellectui ex parte alius in se habet. Patet ergo q̄ veritas in rebus creatis in nihil aliud potest cōprehendere, q̄ naturam rei, & adæquationē intellectus, & intellectus alius, vel priuationes rerum, qd̄ totum a Deo est, quia ipsa forma rei per quā adæquatur a Deo, est, & ipsa veritas sicut bonum intellectus, sicut dñ in 6. Ethic. q̄ bonum vniuersumq̄ rei consistit in perfecta operatione ipsius. non est autem perfecta operatio intellectus, nisi secundum q̄ verum cognoscit. Vnde in hoc consistit eius bonum, in quantum humanum. Vnde cū omne bonum sit a Deo & omnis forma oportet ēt absolute dicere q̄ ois veritas sit a Deo.

AD PRIMUM ergo dicendum, q̄ cum sit arguitur. Omne verū est a Deo, istum formam entis non incidit fallacia accidentis, vt etiam dicitur per philosophum. Cum enim dicimus, formari est verum, non hoc dicimus quasi ipse defectus in actu formationis implicatus includatur in ratione veritatis: sed verum prædicat tantum adæquationem huius ad intellectum. Vnde non debet concludi, istum formam esse a Deo: sed quid veritas eius est a Deo.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ deformitates & defectus non habent veritatem sicut & alia res, vt etiam dicitur per philosophum. Et id quod quis veritas defectum sit a Deo non ex hoc cōcludi potest, q̄ defectus sit a Deo.

AD TERTIUM dicendum, q̄ secundum Philo. & Metaph. veritas non consistit in cōpositione quæ est in rebus, sed in cōpositione quam facit anima, & obiecti veritas non consistit in hoc, q̄ iste actus cū deformitate sua subiecto inhaeret, hoc n. pertinet ad rationem boni & mali: sed in hoc quod actus sic inhaeret subiecto apprehensionis animæ adæquatur.

AD QUARTUM dicendum, q̄ bonū, debet, & est, & huiusmodi omnia, alio modo se habet ad personam diuinā, & alio modo ad alia signa diuinæ voluntatis. In alijs. n. refertur, & ad id quod cadit in actū voluntatis, & ad ipsum voluntatis actum, sicut cum Deus præcipit honorē parentū, & ipse honorē parentū bonū quoddam est, & ipsum præcipere bonum quoddam est: sed in permissione refertur ad actum permittentis, & non ad id quod sub permissione cadit: vnde bonū est quod Deus permittit rat deformitatem incidere, non tñ sequitur ex hoc quod ipsa deformitas aliam rectitudinem habeat.

Et per hoc patet solutio ad quintum.

AD SEXTVM dicendum, q̄ veritas secundum q̄ competit negationibus & defectibus, reducit ad veritatem simpliciter, quæ est in intellectu, quæ a Deo est, & ideo veritas defectuum a Deo est, quæuis ipsi defectus a Deo non sint.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ non esse non est causa veritatis negatiuarum propositionum, quasi faciens eas in intellectu, sed anima ipsa hoc facit cõformans seipsum non enti quod est extra animam: vnde non esse extra animam existens, non est causa efficiens veritatis, sed quasi exemplaris, obiectio autem procebat de causa exemplaris efficiente.

AD OCTAVVM dicendum, quod quamuis malum non sit a Deo, tamen hoc quod malum iudicatur tale quale est, est a Deo: vnde veritas quæ verum est, malum esse, est a Deo.

AD NONVM dicendum, quod quamuis malum non agat in animam, nisi per speciem boni, quia tamen est bonum deficiens, anima deprehendit in e rationem defectus, & in hoc concepit rationem mali, & sic malum videtur malum.

ARTICVLVS IX.

Verum veritas sit in sensu.

NONO queritur, vtrum veritas sit in sensu. Et videtur quod non. Ansel. enim dicit, q̄ veritas est rectitudo sola mente perceptibilis: sed sensus non est de natura mētis, ergo veritas non est in sensu. ¶ 2 Aug. in lib. 83. Quæstio. p. obar, quod veritas corporis sensibus non cognoscitur, & rationes eius supra posita sunt: ergo veritas non est in sensu.

CONTRA, Aug. de vera religione dicit, q̄ veritas est quæ ostendit id quod est: sed id quod est, ostendit non solum intellectui, sed etiam sensui. ergo &c.

RESPON. dicendum, q̄ veritas est in intellectu & in sensu, licet non eodem modo: in intellectu enim est sicut cõsequens actum intellectus, & sicut cognita per intellectum, consequitur namq; intellectus operationem secundum quod iudicium intellectus est de re secundum q̄ est, cognoscitur autem ab intellectu secundum quod intellectus reflectitur supra actum suum, non solum secundum quod cognoscit actum suum, sed secundum q̄ cognoscit proportionem eius ad rem, quod quidem cognosci non potest nisi cognita natura ipsius actus, quæ cognosci non potest nisi cognoscat natura principij actus, q̄ est ipse intellectus in cuius natura est, vt rebus cõformetur. Vnde secundum hoc cognoscit veritatem intellectus quod supra seipsum reflectitur: sed veritas est in sensu, sicut cõsequens actum eius, dñ scilicet iudicium sensus est de re, secundum q̄ est: sed tamen non est in sensu sicut cognita a sensu: si enim sensus verè iudicat de rebus, non tamen cognoscit veritatem, quæ verè iudicat, quæuis enim sensus cognoscat se sentire, non tamen cognoscit naturam suam, & per consequens nec naturam sui actus, nec proportionem eius ad res, & ita nec veritatem eius: cuius est ratio, quia illa quæ sunt perfectissima in entibus, vt substantiæ intellectuales, reducunt ad essentiam suam rediitione cõpleta, in hoc enim q̄ cognoscunt aliquid extra se positum, quodammodo extra se procedunt: fm vero quod cognoscunt se cognoscere, iã ad se redire incipiunt, quia actus cognitionis est medius inter cognoscere & cogniti: sed reditus iste completur fm quod cognoscunt essentias proprias, vnde dñ in lib. de Causis, q̄ omnis sciens essentiam suam, est rediēs ad essentiam suam rediitione completa. Sensus autē, qui inter ceteros est pro-

pinquior intellectuali substantia, redire quidē incipit ad essentiam suam, quia non solum cognoscit sensibile, sed et cognoscit se sentire, non tñ complet eius reditio, quia sensus non cognoscit essentiam suam. Cuius hanc rationem Ansel. assignat, quia sensus nihil cognoscit nisi per organum corporale. Non est autē possibile ut organum medium cadat inter potentiam sensitivam & seipsum: sed potentie naturales insensibiles, nullo modo redeant supra seipsas, quia non cognoscunt se agere, sicut ignis non cognoscit se calefacere. Ex his ergo patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS X.

Verum res aliqua sit falsa.

DEPRIMO querit, vtrum aliqua res sit falsa. Et vñ q̄ non, quia secundum Aug. in lib. Solilo. Verum est id quod est, ergo falsum est id quod non est: sed quod non est, non est res aliqua, ergo nulla res est falsa. Sed dicebatur, q̄ verum est differentia entis, & ita sicut verum est id quod est, ita & falsum. ¶ 2 Contra, Nulla differentia diuisiua conuertitur cum eo cuius est differentia: sed verum conuertitur cum ente, vt dictum est, ergo verum non est differentia diuisiua entis, ut res aliqua falsa dici possit.

¶ 3 Præ. Veritas, est adequatio rei & intellectus: sed omnis res est adequata intellectui diuino, quia nihil potest esse in re aliter quàm intellectus diuinus cognoscit, ergo omnis res est vera, ergo nulla res est falsa.

¶ 4 Præ. Omnis res habet veritatem a forma sua, ex hoc enim dicitur homo verus, quia habet veram hominis formam: sed nulla res est quæ non habeat aliquam formam: quia omne esse est a forma ergo quælibet res est vera, ergo nulla res est falsa.

¶ 5 Præ. Sicut se habent bonum & malum, ita verum & falsum: sed quia malum inuenit in rebus, malum non substantiatur nisi in bono, vt Dion. & Aug. dicunt, ergo si falsitas inuenitur in rebus, falsitas non substantiatur nisi in vero, quod non videtur posse esse, quia sic idem esset verum & falsum, quod est impossibile, sicut idē est homo & album, propter hoc quod albedo substantiatur in homine.

¶ 6 Præ. Aug. in lib. Solilo. sic obijcit. Si aliqua res nominatur falsa aut hoc est ex hoc quod est simile, aut ex eo quod est dissimile: si ex eo quod est dissimile, nihil est quod falsum dici non possit: nihil enim est quod alicui dissimile non sit: si ex eo quod est simile, omnia reclamant, quod ex eo vera sunt quo similia, ergo nullo modo falsitas in rebus inueniri potest.

SED CONTRA. Aug. ita definit falsum. Falsum est quod ad similitudinem alicuius rei accommodatum est, & non pertingit ad id cuius similitudinem gerit: sed omnis creatura gerit similitudinem Dei, cum ergo nulla creatura pertingat ad ipsum Deum p modum identitatis, videtur q̄ omnis creatura sit falsa.

¶ 2 Præ. Dicit Aug. de Vera reli. Omne corpus est verum corpus, & falsa vnitas: sed hoc pro tanto dicitur, q̄ imitatur vnitatem, & tamen non est vnitas, cum ergo quælibet creatura, secundum quamlibet sui perfectionem, diuinam perfectionem imitetur, & ab ea nihilominus in infinitum distet, videtur quod quælibet creatura sit falsa.

¶ 3 Præ. Sicut verum conuertitur cum ente, ita & bonum: sed ex hoc q̄ bonum conuertitur cum ente, non prohibetur quin aliqua res inueniatur mala, ergo nec ex hoc, quod verum conuertitur cum ente prohibetur quin aliqua res inueniatur falsa.

¶ 4 Item Ansel. de Veritate dicit, q̄ duplex est propositio veritas, vna quæ significat quod accepit significare,

D. 113.

1. p. q. 17. articulo. 1. Lib. 6. folio. 5. circa finem. tom. 1.

Art. 1. huius questio. in 3. arg. Sed contra & art. 2. in princ.

Cap. 4. de Diuinis nominibus. par. 4.

Lib. 3. de Solilo. cap. 1. tom. 1.

Lib. 2. ca. 15. a med. to. 1.

Cap. 34. paulo post principium. tom. 1.

Capit. 11. & cap. 2.